



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

**Parisiis, 1644**

Concilium Africanum. V. Et VI. Svb Innocentio Anno Domini 408.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

ANNO CHRISTI 407. tificem, a quo aliam quærerent formatam ad imperatorem: ideo sa- ne ne hæretici catholico nomine velarentur. Nam illi tantum, teste Optato, manifesti catholici habebantur, quos cum Romano pon- tifice communicare, formatæ ab eo acceptæ testabantur. Præcep- tum est etiam, vt formatis dies Paschæ illius anni apponatur: & si propter nondum diuulgatam diem Paschæ is definite non scire- tur, decretum est apponi diem anni præteriti, scilicet, post diem Pa- schæ anni præteriti: vt euenire solet, cum in publicis scriptis, post consulatum, quid factum scribitur.

*Placuit etiam ut de diffensione.]* Romanus pontifex in causa S. Ioan- nis Chrysostomi aduersus Theophilum Alexandrinum, & in omnes alios episcopos, qui cum illo aduersus eumdem Chrysostomum con- spirarant, mirum in modum commotus fuit; adeo ut missas ab illis epistolas accipere noluerit. De hac diffensione Theodorus diaconus apud Palladium hæc ait: *Est autem Romanae ecclesiæ sententia, non com- municare in finem usque orientalibus episcopis, maximeque Theophilo, donec Dominus uniuersalis Synodi tribuat locum, ac per eam cures pu- trida membra eorum qui ista gesserunt.* Publico itaque Decreto lega- tis Romam missis mandatum est, vt Africanam ecclesiam, per literas ad Innocentium scriptas, Romanæ ecclesiæ reconcilient. Baronius anno 407. num. 4. & 5.

Can. 63.  
Romanus  
pontifex  
Chrysosto-  
mi iniurias.  
vindicat.

## CONCILIVM AFRICANVM V. ET VI. SVB INNOCENTIO

Anno Domini 408.

ANNO CHRISTI 408. EX TAT Græce & Latine infra in Concilio Africano: suntque ambo huius exordii: *Basso & Philippo viris clarissimis consuli- bus, &c.*

### N O T A.

*\* Concilium.*] Post Stiliconem occidentalis imperii perduellem ac proditorem, ab Heracliano anno Christi 408. imperfectum, in Africa gentiles & Donatistæ falso rumore iactabant, nequaquam ex volun- tate Honorii imperatoris, sed opera dumtaxat Stiliconis leges contra se latas exitisse, adeoque earumdem auctoritatem vna cum ipso Stilicone extinctam esse. Vicissim itaque in catholicos insurrexerunt, plurimosque etiam episcopos necauerunt. Hac occasione Carthagine duobus Conciliis duas legationes ad imperatorem de- creta fuerunt: quæque per Stiliconem in hæreticos & gentiles sta- tuta erant, Honorius per legatos & Augustini epistolam solicita- tus, ex sua sententia multis rescriptis confirmauit & ampliauit. Ba- ron. anno 408. num. 18.

Causa  
Concilio-  
rum.

Decreta &  
acta Con-  
ciliorum.